



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

V. De Valentiniano imperatore & Sixto episcopo conuenientibus in basilica  
Heleniana in sessorio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

ANNO  
CHRISTI  
453.

pit omnis plebs vrbana clamare, vt dicta eius Augustus vel clerus vrbis Romæ probaret examine.

CAP. V.

Audito hoc, Augustus Valentinianus dixit: Pia petitio. Iussit fieri secundum dicta, & rogauit vniuersum senatum vrbis Romæ. Et Sixtus episcopus rogauit presbyteros vrbis Romæ vel clerum, nam & monasteria seruorum Dei, & federunt in vno conflictu in basilica Heleniana, quod dicitur sessorium, & coepit studiose clamans dicere ad Augustum: Intrent qui separauerunt filium a matre ecclesia, & corroborent vniuersa velamina cordis mei. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Iusta petitio. Non abscondatur. Erant enim ibi patricii & consules isti: Paterius exconsul, Anatolius exconsul, ipse Bassus exconsul, & Marinianus patricius, Albinus patricius, Sigisbuldus patricius, Honoratus patricius, &c.

Presbyteri autem vrbis Romæ omnes quadraginta octo, diacones quinque. Introiuit enim Epiphanius presbyter, & dixit cum lacrymis: Fiat probatio, vt

*Concil. Tom. 7.*

CAP. V.

Audito hoc, Augustus Valentinianus dixit: Pia petitio. Et iussit fieri secundum dicta. Et rogauit vniuersum senatum vrbis Romæ. Et Sixtus episcopus rogauit presbyteros vrbis Romæ, & clerum, nam & monasteria seruorum Dei. Et federunt in vno conflictu in basilica Heleniana quæ dicitur censorium. Et coepit studiose clamans dicere ad Augustum: Intrent qui separauerunt filium a matre ecclesia, vt corroborent vniuersa velamina cordis mei. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Iusta petitio non abscondatur. Erant ibi patricii & consules isti: Paterius exconsul, Anatolius exconsul, ipse Bassus exconsul, & Marinianus patricius, Albinus patricius, Sigisbuldus patricius, Honoratus patricius, &c.

Presbyteri autem vrbis Romæ omnes quadraginta nouem. Introiuit enim Epiphanius presbyter, & dixit cum lacrymis: Fiat probatio, vt ecclesia non ma-

C



ecclesia non maculetur. Respondit Maximus ex-  
 consul, & dixit: Non licet enim aduersus pontificem  
 dare sententiam. Respondit Sixtus, & dixit: Quoniam in  
 meo arbitrio est iudicare, & in iudicare tamen meo non  
 abscondatur veritas. Respondit Augustus Valenti-  
 nianus, & dixit ad Bassum: Confitere publice vniuer-  
 sas intimationes tuas, quoniam si non probaueris, eris  
 obnoxius ecclesie & pontifici. Nam & damnatio tibi  
 commanet. Et iterum Augustus dixit ad Maximum:  
 Parens maxime iusta fuit postulatio tua. Leuauit se  
 Augustus, & dedit in arbitrio Sixti episcopi iudicare  
 iudicium suum. Et discesserunt cum Augusto  
 omnes. Et erat sicut in pristinum munita ecclesia, ita  
 vt cum gaudio & ioco discederet Valentinianus Au-  
 gustus a Sixto episcopo, insultans Mariniano & Bas-  
 so.

## CAPVT VI.

Alia autem die fecit colligi omnes presbyteros vr-  
 bis Romæ, & sedit in eodem loco, quia ibidem con-  
 sistebat Augustus, & fecit cum omnibus Concilium,  
 & damnauit Bassum, & Marinianum, ita vt communiõ-

culetur: Respondit Ma-  
 ximus exconsul, & dixit:  
 Non licet enim aduersus  
 pontificem dare senten-  
 tiam. Respondit Sixtus, &  
 dixit: Quoniam in meo  
 arbitrio est iudicare, &  
 non iudicari, tamen non  
 abscondatur veritas. Re-  
 spondit Augustus Valenti-  
 nianus, & dixit ad Bassum:  
 Confitere publice vniuer-  
 sas intimationes tuas, quo-  
 niam si non probaueris, e-  
 ris obnoxius ecclesie, &  
 pontifici. nam & damna-  
 tio tibi commanet. Et ite-  
 rum Augustus dixit ad Ma-  
 ximum: Parens maxime,  
 iusta fuit postulatio. Le-  
 uauit se Augustus, & de-  
 dit in arbitrio Sixti episco-  
 pi iudicare iudicium suum.  
 Et discesserunt cum Augu-  
 sto omnes. Et erat sicut  
 pristinum vnita ecclesia,  
 ita vt cum gaudio & ioco  
 discederet Valentinianus  
 Augustus a Sixto episcopo,  
 exultans Mariniano & Bas-  
 so.

## CAPVT VI.

Alia autem die fecit colli-  
 gi omnes presbyteros vr-  
 bis Romæ, & sedit in eodem lo-  
 co, quia ibidem consiste-  
 bat Augustus. Et fecit com-  
 mune Concilium, & dam-  
 nauit Bassum & Marina-  
 nium, ita vt communione